

quia os suum ad talem afflictionem cum compulsi, et causa illi fuit miseriarum. Multi enim sunt indempertis lingue, ac multa effluunt, quae alios ledunt, offendunt, cruciant: quare ab eisdem vicissim leduntur et cruciantur. Tales sunt qui alios ridet, reant, subsannant, calumniant, detrahunt, fraudant, decipiunt, expilant, etc. fluio sensui faveat Chaldaeus, qui sic vertit, *anima laborantis laborem sustinebit, quia ex ore suo venit et humilitatio vel incurvatio*. Tertio, Aben-Ezra Hebraeus אכפף *achpaf*, id est curvavit, compulsi, vertit, in causa fuit, q. d. « Quod quis perpetuus sit in laboribus, efficitur ab ejus ore, eo quod sermonum suavitatem non didicerit, ut e contra sapientia exentis eadem vitam affert: qui enim os et aures claudunt sapientiae, manibus laborant oportet, ut victum sibi parent. » Quarto, Septuaginta vertunt, *vir in laboribus laborat sibi, et vim facit in interitum suum*. Ita Romani. Graece ἄδικος ἀδικῶν ἀδίκῳ τὸν ἀδικῶν, quod primo, Complutenses vertunt, *vim facit suae perditioni*; et Auctor *Catena Graecor.* sic vertit, *vir honesto labori insistens sibi insidit, suamque perditionem vi propellit*; sicque explicat, q. d. Qui virtutis viam serio aggreditur, sibi, non alteri, laborat; profligat autem interitum, servatque seipsum per penitentiam. Unde per antithesin subdunt Septuaginta, *at perversus in ore suo fert perditionem*.

Egregie hanc lectionem explicat Cassianus, *Collat. XXIV, cap. ult.*: « Regnum colorum, ait, secundum sententiam Domini vim patitur, et violenti diripiunt illud, *Matth. XI*. Isti profecto sunt laudabiles violenti, qui vim faciunt perditioni suae. Homo enim, ut scriptum est, in laboribus laborat sibi, et vim facit perditioni suae. Perditio nostra est oblectatio vite presentis, et (ut expressius dicam) execrabilis desideriorum voluntatumque nostrarum; quas si quis ab anima sua subtraxerit ac mortificaverit, gloriosam profecto et utilem perditioni suae vim facit, abnegans dumtaxat ei jucundissimas voluntates, quas per Prophetam sermo divinus saepe inculcat, dicens: Quia in diebus jejunii vestri invenitur voluntas vestra, » *Isaiae cap. LVIII*.

Secundo, *vir in laboribus laborat sibi, et vim facit in interitum*. Ita Romana. Unde Theodotus vertit, *qui in laboribus laborat immodice, attrahit mortem sibi*, q. d. Avari qui laboribus nimis se vexant, ut opes coarverunt, hi saepe iisdem se conficiunt et onerant. Et Syrus, *anima doloribus vacata sibi cruciatur, et ab ore ejusdem perditio eidem adducitur*.

Sic et Beda hanc accipit de impiis, praesertim haereticis, de quibus dicitur *Jerem. IX*: « Ut inique gerent laboraverunt, » ut scilicet depravarent & Scripturas, usque suas haereses stabilirent.

Mystice, & Gregorius hanc gnomen applicat doctores, qui coguntur facere quod docent, ne pudeant. Sic enim ait *lib. II, homil. 18 Ezech.*: « Sed cum bonorum auditorum vitam conside-

rant, eamque proficisse suis exhortationibus pensant, erubescunt tales non esse, quales auctor Deo per se conspiciunt alios factos esse; et tanto se in mente stabilunt, quanto pene in culpam labebantur. Nam cum ipsa sua doctoribus verba ad memoriam redeunt, erubescunt non servare quod dicunt. Unde per Salomonem quoque dicitur: Anima laborantis laborat sibi, quia compulsi eum os suum. Os enim nostrum nos compellit ad laborem, quando per hoc quod dicimus a vitis refrenamur; quia turpe nimis est ibi nos negligendo cadere, unde praedicando conati sumus alios levare. »

Rursus R. Levi sic explicat: « Anima laborantis sibi laborabit, quia labores subit, cum os incurvarit et demiserit, id est cum ab edendi cupiditate, potusque munditate os coercerit, ita ut a sapientiae studio, laboribusque eo eandem ferendis ab ejusmodi cupiditatibus non avocetur. »

Denique Dionysius Carthusianus moraliter sic explicat: « Anima laborantis laborat sibi, id est anima exerecens opera corporalia aut spiritualia bona, facit ea ad suum profectum aut commodum, et pro necessariis corpori aut animae. Ideo monet Apostolus: Labora vester non erit inanis in Domino. Itemque: Unusquisque accipiet secundum suum laborem, quia compulsi eum ad laborandum os suum, id est sermo quo se astrinxit ad bene agendum in fonte baptismi, in susceptione Ordinis sacri, aut in professione monastica, vel in foro confessionis, sive in actu praedicationis, quia quod alios docet, facere obligatur. »

27. VIR IMPIUS FODIT MALUM, ET IN LABIIS ILLIUS IGNIS ARDESCIT. — Hebraice est, *vir Belial* (id est, ut Aquila, *vir apostasiae et rebellionis*, hoc est apostata et rebellis; Symmachus, *vir intolerabilis*. De Belial fave dixi cap. vi, vers. 12) *fodit malum, et super labiis suis velut ignis ardens*; Septuaginta, *vir imprudens fodit sibi mala, et in labiis suis ignem condit*; S. Cyprianus, *ignem thesaurizat* (graece enim est, *θησαυρίζω*); Theodotus, *tanquam ignis ardescens*; Syrus, *vir impius machinatur malum, et ab ore ejus accenditur ignis*; Chaldaeus, *vir calumniator fodit malum, et in labiis ejus ignis dicit sententias*; R. Salomon, *labia testis falsi et perjuri sunt velut ignis comburens, et consumens proximum*. Generalius et plenius R. Levi sic exponit: « Vir Belial animo suo nefanda molitur; quod autem ab animo ad labia derivatur, argumentum est, quod malum corde latens cognoscitur, quod quidem tanquam ignis exurens perniciem affert; atque id perinde est, ac si dixisset graviora damna illius ore inferri, quam animo destinasset: sermone enim suos ita diserte promittit, ut ex illis acerbissima damna consequantur. »

Vox *fodit* dupliciter accipi potest: Primo, *fodit* mente, id est animo vestigat malum, et scrutatur modos et rationes, quibus noceat proximo. Sicut

enim fossor fodiendo scrutatur mineralia sub terra latentia, ut sulphur, carbones, metalla: sic impii scrutatur, versat et excogitat calumnias, fraudes artesque nocendi. Secundo, *fodit* lingua et manu foveam, quam alii cadant, id est malum, quod mente fodit et excogitavit, hoc reipsa effodit, et inferit lingua calumniando, detrahendo, susurrando, decipiendo, etc. Rursus directe *fodit* malum aliis, sed indirecte sibi ipsi, ut vertunt Septuaginta, quia malum in suum redit reciditque auctorem; juxta illud *Ecclesi. XXVII, 29*: « Qui foveam fodit, incidet in eam; et qui statuit lapidem proximo, offendet in eo; et qui laqueum alii ponit, peribit in illo. » Tertio, Rabbini nonnulli in Glossa magna vertunt, *vir belial per malitiam suam egrediens, id est graminia effodiens: terra enim graminia vestita difficiliter effoditur, quia graminum stirpibus et radicibus implicatur, constringitur, et quasi compingitur, ut in unam glebam continuam coalescat; sic susurro qui amicitias, quasi graminia quaedam implexa, inter se connexas et longo tempore coelitas effodere, scindere et dissociare satagit, sane valde labore operetur, multaque prisca temporis injurias oblivione sepultas effodit necesse est. Quarto, nonnulli censent alludi ad milites, qui castrum vel urbem suffodiunt, ac subvecto pulvere tormentario accensoque dirumpunt, in altum dejiciunt et evertunt: ad eundem enim modum calumniator et susurro mente quidem fodit malum, id est, eniculis et fossam profundam agit simulatione et secreto; ubi vero amicorum federa alle suffodit, lingua quidem sua ignem supponit: nimirum ea dicit, quibus amicos inflammandos et concitandos esse novit; atque hoc dolo firmissimas paces et amicitias disturbat, domos et urbes nonnullum quoque etiam regna et imperia funditus evertit. Ergo Salomon apposite ait: « Vir impius fodit malum. »*

ET IN LABIIS ILLIUS IGNIS ARDESCIT (4). — Nam, ut ait S. Jacobus, cap. III, vers. 6: « Lingua ignis est, universitas iniquitatis, etc., quae inflammat rotam navitatis nostrae inflammata a gehenna. » Ubi multa de hoc lingue incendio dixi. Quocirca S. Gregorius Nazianzenus, orat. 3 *Contra Julianum Apost.*, linguam maledicam, qualis fuit Julianus, comparat *Etnae*, quae primo ignes tegit et colligit, ac deinde collectos conglobatosque velut inferus evomit et ejaculatur, quibus agros, oppida et provincias etiam longe dissitas exedit et vastat.

28. HOMO PERVERSUS SUSCITAT LITES, ET VERBOSUS SEPARAT PRINCIPES. — Hebraice, *vir versivomus, vel inversivomus, vel perversivomus* (id est versutus et perversus, qui omnia vertit, invertit, pervertit), *mittit contentionem, et susurrator dividit principem* (2); Symmachus, *et qui calumniatur, diffamat*

ducem; Chaldaeus, *et susurro dividit a se amicum suum*; Syrus, *vanus insectatur amicos suos*; Septuaginta, *vir perversus transmittit mala, et facem doli accendit malis, et distinguit amicos*; Vatablus, *vir perversus occasiones contentions incipit, et delator saepe inter magnates dissidia concitat*.

Sententia clara est, q. d. Homo perversus, qui scilicet omnia pervertit, atque in malam partem rapit, aliterque rem atque verba refert, quam se habent; item qui alterius rebus beneficus vel certe indifferentibus malam intentionem affingit, eaque quasi subdolo et hostili animo in contemptum alterius facta depravat: hic suscitabit lites et rixas; « et verbosus, » id est, in Hebraea, *delator, circulator et susurro*, id est, seminans discordias, separaturque non tantum privatos, sed et principes, atque inter eos facem doli, ut vertunt Septuaginta, ac belli succendit. Faces doli sunt suspiciones, diffidentiae, ambitiones, invidia, quae inter principes suscitant susurrones cum magno subdolorum pudent et clade, uti faciunt politici et haeretici, qui proude sunt seditionum tolles, ac titiones gehennae, ut ait S. Iacobus, cap. III, vers. 8, imo quasi demones incarnati.

29. VIR INIPIUS LACIAT AMICUM SUUM, ET DUCIT EUM PER VIAM NON BONAM. — Hebraice, *vir violentia*; Chaldaeus, *vir raptor*; Vatablus, *vir violentus seducit amicum vel proximum suum, et facit eum ambulare in via non bona*. Pro *laciatur* hebraice *פחז* *ephath*, id est *illicet, lactat, seducit*; Aquila et Symmachus, *decipit*; Septuaginta *ἀπομαρτυρεῖ*, id est, ut Complutenses, *tentat*; Romana, *palpat*. Hinc sententia clara est, ac primo, aptari potest praedonibus et latronibus, qui viatores et quoslibet alios adoriantur quasi amici blandis sermonibus, ac sensim deducunt eos in avias silvas vel speluncas, ubi eos spoliant et subinde occidunt; secundo, fraudatoribus qui speciosis promissis proximis inducant in contractus, federa, obligationes, etc., quae sibi commoda, proximis noxia fore sciunt; tertio, lenonibus et scortatoribus, qui pueros et puellas simplices ducunt inescant et seducunt, ut suae vel aliorum libidini serviant; quarto, haereticis et prava dogmata seminantibus, qui, ut ait Apostolus, *Rom. XII*, « per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium, » itaque eos pertrahunt in haeresim, errorem et exitium (3).

30. QUI ATTONTIS OCVLIS COGITAT PRAVA, MORDENS LABIA SUA PERFITIC MALUM. — Ita Romana; sed Jansenius et alii legunt, *perficiet mala*. Legendo *perficiet*, ait Jansenius, sensus est, q. d. Non in tantum perficiet malum coram Deo, qui opera pertrahit, sed et qui attontis oculis, hoc est, fixo animo cogitat prava; item qui ex indignatione mordet labia. Si autem legatur *perficiet*, tum significatur

(1) Igne significantur calumnias et obreccationes, quibus innocentium fama leditur.

(2) Rectius, amicum unum ab altero.

(3) Quinto, et magis ad litteram, *vir violentia* verbis blandis atque ad persuadendum compositis, alios ad scelera et exitiosa facinora secum pertrahit.

malum aliquod metuendum ab eo qui cogitat intento animo prava; item ab eo qui mordet labia sua pra ira et vindictae cupiditate. Indicat enim haec parabola conditiones quasdam et signa exteriora hominis, qui alteri machinatur malum, ut ex his illum observantes, nobis ab illo caveamus.

Sed eodem redit sensus, sive legas *perficit*, sive *perficet*; saepe enim praesens ponitur pro futuro, praesertim ubi significatur rei mos sive consuetudo: *perficit* ergo, id est *perficet*, hoc est, perficere solet.

Pro qui attonitis oculis, hebraice est *עֵינָיו אֲטוֹנוֹת* *otse*, quod Septuaginta vertunt, qui obformat oculos; alii, qui obstruunt habet oculos; Noster, attonitos. Attoniti enim dicuntur, qui quasi stupefacti ita saepe rem aliquam intuentur vel cogitant, ut praesentes et praesentia non advertant, juxta illud Job. xv, 12: « Quid te elevat cor tuum, et quasi magna cogitans, attonitos habes oculos? » Attonitus enim derivatur a verbo *attono*: attonare autem est tonando stupefacere; inde *attonitus* est quasi adtonitru percussus et stupefactus. Unde Ovidius, *epist.* 4:

Aut quibus semiculis Dryades, Faunique bicornes
Namine contactas attonuere suo.

Et Celsus, lib. III, cap. xxvi: « Attonitos quoque raro videmus, quorum et corpus et mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo: *αττονισμός* hunc Graeci appellant. » Denique Virgilius, lib. III *Aeneid.*:

Talibus attonitus visis, ac voce deorum.

Ubi Servius: « Hoc est, talibus deorum vultibus; unde sequitur: ac voce deorum. Nam et voce se dicit attonitum et visis. Attonitus vero est stupefactus: nam proprie attonitus dicitur, cui casus vicini fulminis, et sonitus tonitruum dant stuporem. » Verum, quia quis attonitis oculis potest cogitare et contemplari sancta et caelestia, hinc Noster attonitos oculos necit cum cogitatione prava. Unde Chaldaeus vertit, qui annuit oculis suis, et cogitat perversa, annuens labiis suis *perficit malum*; et Syrus, *innuit oculis suis, et prava cogitat, et labiis suis machinatur et perficit malum*. Aben-Ezra vertit, qui claudit oculos, ut nefaria machinetur; ostendit enim oculos ne mens post oculos distrahat. quo libere scelera meditari et machinari queat.

Sic et R. Levi, Pagninus, Vatablus et Baynus, qui claudit oculos, ait, ad cogitandum perversitates; Martinus in *Lexico*, agitans oculos cogitando perversa. Dantur ergo hic due signa perversitatis perfectaeque malitiae. Primum est, si attonitis, firmis vel clausis oculis quis cogitet prava. Hoc enim est signum illum ita intentum esse cogitationi pravae, ut in ea mentem et voluntatem absorberi sinat, nec de re alia bona cogitare possit: imo ab ea animum avocare et distrahere nequeat. Quare talis similis est diabolo, ait Auctor *Caute Graec.*.

qui saepe considerat quo quisque vitio laboret, ut per illum eum praecipitet. *Secundum*, si post cogitationem pravam et attonitos oculos, mordet labia. Hebraice *קָרַק* *correts*, quod Noster vertit *mordens*; Vatablus, *agitans*; Tigrina, *contrahens*; R. Levi, *patefaciens*; melius Marinus et alii in *Lexico*, *invidens vel nictans*. Incidere enim oculis, est oculis nictare: incidere vero labiis, est labiis nictare, vel potius mordere, qui gestus est malum alteri machinantis, quasi eodem modo eum incidere et discernere velit, sicut incidit et mordet sua labra. Unde Horatius, lib. I *Carm.*:

Impressit memorem dente labris notam.

Ex imaginatione enim perficiendi malum quod cogitat, aut ex indignatione moventur dentes ad hujusmodi morsum laboriorum, quasi gestientes nocere ei cui male volunt. Maxime autem hoc spectant ad iratos: hi enim mordent labia, quasi mimantes alii similes morsum. Unde Aristophanes in *Vespis*: « Comedens labra, ait, praeracunda. » Et Homerus, *Iliad.* V:

Ast hi labra suis presserunt dentibus omnes.

Sic pulli equini indomiti ferocentes mordent frenum. Sic illi mordendo pollicem dextrae malum militarium. Sic Georgius Castriotus Turcorum terror et fulmen, adeo ut ab eis nuncupatus sit *Scanderberg*, id est Alexander Magnus, ubi labia non moderat, imo mordendo quasi diffunderet, praiceps in praelium puebat. Estque hic gestus naturae consonus; fere enim animalia omnia, ac praesertim serpentes, morsu pugnant et necant. Unde Lucanus, *Pharsal.* IX:

Morsu virus habent, et fatum in dente minantur.

Denique Septuaginta luculenter sic uno spiritu totam sententiam efferunt, qui obformat oculos suos, cogitat perversa, et statuit vel desinat, et dicit omnia mala labiis suis, hic fornax est malitiae; qui enim haec omnia, quae signa sunt ingentis malitiae, junctim habet, instar fornacis ira et malitia aestuantis maledictorum, rixarum, pugnarum, etc., globos et incendia assidue ejaculatur, nec ullis blandimentis, promissis vel minis restringi potest, sed his omnibus potius magis accenditur et exaestuat. Nam, ut ait S. Chrysostomus, hom. 46 in *Matth.*: « Sicut incendium aqua injecta magis succenditur, ita accidere solet in magna ira: quidquid aliquis dixerit, continuo pabulum hujus efficitur incendii (1). »

31. CORONA DIGNITATIS SENECTUS, QUE IN VIIS JUSTITIAE REFERETUR. — Hebraice, corona gloriae canities, in via justitiae invenitur. Quod primo, Jans-

(1) Qui claudit oculos suos (ut meditantur) qui ad se redeunt ad excogitanda perversa, ut mali quid moliantur, mordens, comprimens labia sua, quod itidem est machinantis: hic *perficit malum*, quod ad utrumque pertinet, hoc sensu: Qui malum vult perficere, saepe illis signis gestisque utitur.

nus sic exponit, q. d. Per justitiam pervenitur ad extremam senectutem, cum impii fere ante diem suum moriantur, juxta illud *Psal.* lxxviii, 3. Item corona senum sunt juvenes: hi enim instar coronae senem sapientem cingunt, auscultant, honorant, venerantur. Hoc est quod dicitur *Proverb.* xvii, 6: « Corona senum filii filiorum, et gloria filiorum patres eorum. » Sic fideles sunt corona Christi, et vicissim Christus est corona et gloria totius Ecclesiae.

Quarta est corona sapientiae, puta experientiae, et prudentiae; in senibus enim viget mens, ratio, consilium, judicium, prudentia. Ita S. Gregorius Nazianzenus, orat. *De plaga grandinis*, citans haec Salomonis verba, per coronam accipit sapientiae praestantiam, quae senibus ad docendum et consulendum dignitatem conciliat. Sic et R. Levi, et S. Ambrosius, lib. I *Hexam.* cap. viii: « Senectus ipsa, ait, in bonis moribus dulcior, in consiliis utilior, ad constantiam subeundae mortis paratior, ad reprimendas libidines firmitior; infirmitas quoque corporis, sobrietas mentis est. Unde Apollolus: Cum infirmor, tunc potens sum, » II *Corinth.* xii.

Quinta est corona gradus et status. Seniores enim solent reipublice praefici, et tamque gubernare. Hinc a senio dicitur est senatus, quasi concilium senum, ait Festus. Audi Plutarchum, tract. *An seni sit gerenda respublica*: « Nam ad parendum, ait, juvenilibus, ad imperandum senilis aetas accommodata est: ac maxime salva est civitas, ubi concilium senum et juvenum arma obstant; laudaturque majorem in modum istud libit: »

Primum atale graves, et forti pectore claros,
Nectorem ad navim conductos dicere jussit,
Consiliumque dare.

Secunda est corona etatis et antiquitatis. Unde Aben-Ezra sic explicat, q. d. Senectus est quasi gloriosum diadema viri capiti impositum. Senes enim multis annis, v. gr. 70, 80, 90, quibus vixere, quasi totidem floribus coronantur. Unde Philo apud Antonium in *Melissa*, part. I, serm. 17: « Juvenili vita, ait, succedit senilis aetas praestantissima et sacratissima, cui quasi summo gubernatori Deus gubernacula in manus tradidit tanquam idoneo, qui possit rerum terrenarum gubernacula tenere. » Audi Carolum Paschalius, lib. I *De Coronis*, cap. v: Apud Anacreontem, inquit, cani coronam caput, id est honestant: quin et proprie senes et canos olim coronis decorabant, ut patet ex illo Euripidis: « Canam coronis caput canum coronatum. » Quomodo lex, inquit Plutarchus loco mox citando, diadema et coronam, sic canitatem naturae honoratum praecipue dignitatis symbolum imponit.

Tertia est corona propagninis et filiorum. Corona enim senum sunt nepotes, id est filii filiorum,

juxta illud: « Filii tui sicut novelle olivarum in circuitu mensae tuae, » *Psal.* cxxvii, 3. Item corona senum sunt juvenes: hi enim instar coronae senem sapientem cingunt, auscultant, honorant, venerantur. Hoc est quod dicitur *Proverb.* xvii, 6: « Corona senum filii filiorum, et gloria filiorum patres eorum. » Sic fideles sunt corona Christi, et vicissim Christus est corona et gloria totius Ecclesiae.

Quarta est corona sapientiae, puta experientiae, et prudentiae; in senibus enim viget mens, ratio, consilium, judicium, prudentia. Ita S. Gregorius Nazianzenus, orat. *De plaga grandinis*, citans haec Salomonis verba, per coronam accipit sapientiae praestantiam, quae senibus ad docendum et consulendum dignitatem conciliat. Sic et R. Levi, et S. Ambrosius, lib. I *Hexam.* cap. viii: « Senectus ipsa, ait, in bonis moribus dulcior, in consiliis utilior, ad constantiam subeundae mortis paratior, ad reprimendas libidines firmitior; infirmitas quoque corporis, sobrietas mentis est. Unde Apollolus: Cum infirmor, tunc potens sum, » II *Corinth.* xii.

Quinta est corona gradus et status. Seniores enim solent reipublice praefici, et tamque gubernare. Hinc a senio dicitur est senatus, quasi concilium senum, ait Festus. Audi Plutarchum, tract. *An seni sit gerenda respublica*: « Nam ad parendum, ait, juvenilibus, ad imperandum senilis aetas accommodata est: ac maxime salva est civitas, ubi concilium senum et juvenum arma obstant; laudaturque majorem in modum istud libit: »

Primum atale graves, et forti pectore claros,
Nectorem ad navim conductos dicere jussit,
Consiliumque dare.

atque ideo optimatum magistratum Spartanarum civitatis regibus ad junctum Apollo presbygenas, id est magno natu praeditos, Lycurgus disertus Gerontes, id est senes, nominavit. Et Romanorum senatus in hunc usque diem a senio nomen gerit. Atque ut lex coronam ac diadema, ita canos naturae venerabile dignitatis et principatus signum fecit. El *Epist.* quod eximium honorem, et reverentiam, quod venerari significat, a senectute usque praestantia Graecis retinentur. » Quare sub finem addit: « Lycurgus assuefecit adolescentes ut omnis senis tanquam legislatori constanter obtemperarent. Unde Sparte senes non reipublicam modo inspicant, sed singula etiam singulorum adolescentium facta, idque non obiter, sed ita ut et peccantibus sint terrores, et probi eos revererant. ac desiderant, eo quod senes doceant, juvenes, eorumque indolem exaquant. Sic ubi vis terrarum seniores filii, puta primogeniti, patri principi vel regi in principatu vel regno succedunt. Hinc senior idem est quod dominus: sicut nunc Hispani dicunt *señor*, Itali *signore*, Galli *seigneur*; licet Joachimus Peronius, tract. *De lingua Gallica cum Graeco cognatione*, mali dici a *seignior*. Unde Strabo

(1) Quae tamen inutile videtur. Sensus est: Talis senectus praesentium est virtutis.

et *Staur.* vel potius *Cyre* et *Cycur*, ac non ita veteri profertur ratione *Cycur*, denique per nonnullam mutationem *Seigneur*: «Nec enim, ait, nisi ridicula Deum appellantes *Seigneur*, eum nos proferremur ut senem venerari.» Verumtamen et antiquum diem Daniel veneratus est Deum, et essent ridendi Latini, quos certum est multis retro sæculis usurpassa seniores pro principio doctore. Porro Chilon dicebat honorem a junioribus habendum senectutis, ut ipsi facti senes ab aliis habeantur in pretio. Ea res geminam habebat utilitatem. Siquidem ut senum auctoritas ac reverentia temperabat etatem lascivam a peccando, ita senes cavebant ne quid committerent, quo juvenibus vel ob ineptiam ludibrio possent esse, vel ob turpitudinem periculosi; sed inter omnes juvenes omnesque senes ea esset reverentia, que inter parentes ac liberos. Ita Laertius, lib. I, cap. IV.

Sexta est corona vite quasi militie jam emerite, quod scilicet senex omnes vite casus et labores superaverit, et ad ultimam vite metam superstes, quasi victor pervenerit. Unde Elias Cretensis in orat. 19 *Nazianzen*: «Sicut, ait, in certaminibus, qui coronam accepit, jam in tuto est: sic etiam senex toto gloriatur, ut qui mutationem jam non pertimescat.» Et S. Ambrosius, lib. II *De Jacob*, cap. VIII: «Beatus quidem est juvenis, ait, qui bene vivit; sed magis beatus est senex qui bene vixit. Quod enim juvenis sperat, adeptus est senior; quod senex fuit, optat hoc esse qui juvenis est. Certe hic inquieti maris longiore sibi adhuc cursa manente, jactatur fluctibus: senex vero sicut in portu, ita in statione est senectutis.» Et cap. X: «Senectus portus debet esse, non vite superioris naufragium.»

Septima et præstantissima corona, qua senes hic donat Salomon, est justitie et virtutis. Si enim Herodes devotus domitiusque monstris, scilicet Leona, Caco, Lerneæ Hydra, Cerbero et Gerione tricornipede, populeam sibi imposuit coronam, multo magis eadem mereretur senex, qui velut athleta justitie cupiditatum suarum monstra perdomuit, scilicet Leonem iræ, Cacum avaritie, Leronem luxurie, Cerberum gula, Gerionem superbie. Unde S. Augustinus, in *Psalm. cxii*: «Sit, ait, senectus vestra puerilis, et sit pueritia senilis: hoc est, ut nec sapientia vestra sit cum superbia, nec humilitas sine sapientia, ut laudatis Dominum ex hoc et usque in sæculum.» Hoc est quod ait Sapiens, cap. IV, 8: «Senectus venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata; cani autem sunt sensus hominis, et etas senectutis vite immaculata.» Ita viginti quatuor seniores (qui fuerunt primi tam novi quam veteris Testamenti) coronatos, coronasque suas Agno offerentes vidit S. Joannes, *Apoc. iv*, 19: ubi multa de istis dixi.

Ita nuper hic Romæ Gregorius XV Pontifex, cum exisset Cardinalis Bellarminum pene octogē-

narium, ultima infirmitate decumbentem, et ab eo multos annos, imo omnes suos, sibi apprecari audiret, sapienter respondit: «Ego, ait, opto tuis non annis, sed annorum veris cumulari et coronari.» Nam, ut ait S. Ambrosius, lib. I *De Cain et Abel*, cap. III: «Senectus venerabilis est, non annis cana, sed moribus.» Et lib. III, epist. 24 ad Animum: «Vere, ait, senectus illa venerabilis, que non canis, sed meritis albescit. Ea est enim reverenda canities, que est canities animæ; in sanctis cogitationibus et operibus effulgens. Quam est enim vere etas senectutis, nisi vita immaculata, que non diebus aut mensibus, sed sæculis propagatur, cujus sine fine est diuturnitas, sine debilitate longevitas? Quo enim diuturnior, eo fortior; et quo diutius eam vitam vixerit, eo fortius in virum perfectum excessit.» Denique Synesius, tract. *De Laude calvitii*, caput ultimum vocat «prudentie domicilium, divinitatis templum.»

Mystice, S. Hieronymus in cap. XVI *Ezech.*: «Corona gloria senectus: Eorum videlicet, ait, qui destruxerunt ea que parvulorum sunt, et post etatem perfecti viri venerunt ad senectutem et ad patrum nomina, quibus scribit Joannes, *epist. I*, cap. II, vers. 13, post pueros et juvenes, qui possunt dicere: Quando eram parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus; quando factus sum vir, destruxi ea que parvuli sunt,» I *Corinth.* XIII.

32. MELIOR EST PATIENS VIRO FORTI; ET QUI DOMINATUR ANIMO SUO, EXPUGNATORE URBIUM.—Hebraice, *lonus longus naribus pro forti, et dominans in spiritum suum pro capiente urbem*; Chaldaeus, *melior est lentus ira animi quam fortis, et qui dominatur sibi ipsi magis quam ille qui capit provinciam*; Septuaginta, *melior est vir longanimis fortis, et qui continet iracundiam, melior quam qui urbem capit*. Complutenses addunt, et *vir prudentiam habens agro, vel agricola, vel potius agriculture* (hanc enim significat Græcum *μαρτυρία*) magna. Sed hæc verba cum non extant in Hebræo, Chaldaeo, Syro et Latino, transcripta videntur ex cap. XIV, ut notant Romani. S. Cyprianus, lib. III *Testim.* num. 3, legit: «Melior est patiens fortis; qui nisi iracundiam continet, melior est quam qui urbem capit,» quasi posterius hemistichium causam det prioris. Huc facit problema quadruplex R. Barzoma in *Pirke Avoth*, id est in *Sententiis Patrum*, cap. IV: «Quis potius? ille qui fortiter tentationi resistit. A quo Scriptura: Melior est patiens viro forti; et qui dominatur animo suo, expugnator urbium. Quis sapiens? ille qui se semper et ab omnibus doceri desiderat. Quis dives? qui suis contentus est, nec aliena appetit. Quis honoratus est in pretio? qui alios honorat, et eolit debita reverentia juxta regulam in Scriptura fixam: Quiquecumque glorificaverit me, glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles,» I *Reg.* II, 30. Syrus, *melior est patiens gigante; qui concubat (subjicit) animam suam, illo qui tenet civitatem.*

Queritur hic quo sensu vera sit hæc sententia? Nam D. Thomas, II II, *Quæst.* CXXXVI, art. 2, in corpore, videtur contrarium docere. Dicit enim fortitudinem majoris esse virtutem quam sit patientia: «Quia plus, ait, retrahunt a bono pericula mortis, circa que est fortitudo, quam quavis adversa, circa que est patientia.»

Respondet primo, non agi hic de fortitudine, que est virtus animi, sed de fortitudine que est robur corporis; Hebræum enim *גבור* *gibbor* significat robustum, fortem, validum viribus, qui suis copiis et robore urbes expugnat, ut sequitur, *q. d.* Ex omnibus virtutibus corporis fortitudo maximam habet laudem apud homines. Nulli enim magis celebrantur quam in bello præclari duces, qui hostes vicunt, urbes et provincias subjungunt; et tamen præstantior est qui unicam ex concupiscentiis suis, nempe iram, vincit, et impetum spiritus sui ratione moderatur, quam qui urbes aut provincias superat. Præstantior, inquam, non solum quia magis laudandus, sed etiam quia revera fortior illo, juxta illud Poeta:

Fortior est qui se, quam qui fortissima vincit
Oppida, nec vitæ altius ire potest

Et idem:

Ardua res, vicisse alios; victoria major
Est animi fluctus composuisse sui.

Et Philosophus: «Rex eris, ait, si te tuosque affectus rexeris. Rex eris, si te ratio regat, non passio.»

Respondet secundo: S. Thomas loco citato stricte sumit patientiam, uti est virtus que moderatur tristitiam manantem ex adversis communibus, que quotidie occurrunt; hæc inferior est virtute fortitudinis. Nam patientia generatim accepta, que firmat animum adversus timores et dolores mortis et malorum mortem inferentium, qualis enititur maxime in Martyribus, est pars fortitudinis integralis, eaque præcipua, vel est ipsa virtus fortitudinis inadæquate concepta. Duse enim sunt partes fortitudinis, una in aggrediendo fortia, altera in sustinendo, que est patientia; eaque priori prævalet, quia difficilius est dura sustinere patienti, quam eadem aggrediendo aliis inferre, ut docet S. Ambrosius, lib. I *Offic.* cap. XI, et S. Chrysostomus, homil. 83 in *Math.*, ubi inter cetera ait: «In bellis ostensio belli est, si miles occiderit; illa fulgentissima victoria est, qua in inferentem injurias patienti superasti, etc. Deus eas tibi vires concessit, non ut consertione manuum, sed ut patientia vincas. Sic B. Joseph, qui magno animo injurias tulit, ubique victor predicatur. Nam et fratres et Ægyptiam illam mulierem insidiantes equo animo ferendo superavit.» Sic et S. Thomas, *Quæst. citata*, art. 4, qui et citat S. Gregorium et Ciceronem idem asserentes. Igitur sic exponas: Melior est patiens viro forti, hoc

est, fortior est patiens, qui fortiter patitur adversa, quam fortis qui fortiter aggreditur ardua, v. gr. qui oppugnat et expugnat urbes. Sic Job patientia sua superans omnes demones, Ismaelitarum, uxoris, amicorum, morborum, paupertatis, erumnarum insultus, fortior fuit Sansone Philisteos expugnante. Sic Joseph fortiter sustinens fratrum odia, exilium, calumniam, carcerem, fortior fuit se ipso, cum Pharaonem sua sapientia animique vigore sibi subjungavit, totique dominatus est Ægypto. Sic David sua mansuetudine vincens invidiam Saulis fortior fuit se ipso, dum duellum cum Goliath inivit, eumque obruncavit, uti communis habet sapientum et recte judicantium sensus.

Respondet tertio: Pro patiens hebraice est *רַחֵם* *erech appatim*, id est longus naribus, id est tardus ad iram, placidus, ire potens; hic autem melior, id est præstantior, illustrior, fortior, potentior, laudabilior, est viro forti, qui expugnat urbes. Ratio est, quod ira in homine sit passio vehementissima que omnia miscet et turbat. Eam ergo domare per mentis placiditatem, mansuetudinem et patientiam, eximie est virtus et fortitudinis. Quare explicans subdit: «Et qui dominatur animo suo,» id est animositati suæ; unde Septuaginta vertunt, et *qui dominatur iræ, melior* (id est potior et fortior est) *expugnator urbium*. Omnium enim passionum ira est vehementissima et superatu difficillima, a qua fortissimi quique secundum corpus frequentem alii citius superantur. Civitates plurimas, totamque partem Asiæ et Africam alexander ille Magnus; et tamen ire et furoris bellum in se suffocare non potuit; sed iracundia victus charissimos amicos, Parmenonem, Philotam, Clitum et Callisthenem trucidavit, ut alii taceant urbium domitores, qui suos non poterunt domare affectus.

Porro pro animo hebraice est *רוח* *ruach*, id est spiritus, *q. d.* Qui dominatur spiritui suo, hoc est suis affectibus et passionibus, uti timori, tristitie, pusillanimitati, audacie, superbie, ac presertim ire, hic melior, id est major, potentior et laudabilior, ait R. Levi, est principum qui armis urbes expugnat. Quomodo enim ratione alteri imperabit, qui in animum suum imperium exercere non potest? Significat ergo eum, qui dominatur iræ et passionibus, fortiorem esse et magis dominari, majusque habere dominium et imperium, quam habeat rex, qui armis urbes et regna sibi subjungat: quia scilicet dominatur omnibus animis affectibus, cogitationibus, sensibus, potentis est viribus, item toti vitorum et peccatorum regno, cui vicique amplius est dominatus, ac imperium quovis regno majus et præstantius. Quocirca Horatius, lib. II, *ode 2*, sic canit:

Latus regnas, avidum domando
Spiratum, quam si Libyam remotis
Gadibus jungas, et utenque Pannos
Servat anti.

Et Boetius, lib. III De Consol. metro 5:

Qui se vult esse potentem,
Animos domet ille feroces.

Et Claudianus in Panegy. Theodosii:

Tu licet extremos late dominare per Indos,
Te Melus, te molis Arabs, te Serez adoret,
Si melius, si prava cupis, si ducaris ira,
Servitii patere jegan, tolerabis iniquis
Interius leges; tunc omnia jure tenabis,
Cano poteris rex esse tui.

Ita hunc locum explicat S. Gregorius, part. III Pastor. admonit. 10: « Audiam, inquit, impatientes quod scriptum est: Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Minor enim est victoria urbium, quia extra sunt que subiguntur, valde autem majus est quod per patientiam vincitur, quia ipse a se animus superatur, et semetipsum sibi metipso subjicit, quando enim patientia intra se frenari compellit. Audiam impatientes quod electis suis Veritas dicit: In patientia vestra possidebitis animas vestras, Luc. XXI. Sic enim conditi mirabiliter sumus, ut ratio animam, et anima possideat corpus. Jus vero animae corporis possessione repellitur, si non prius anima a ratione possideretur. »

Et S. Ambrosius, ad illa verba Psal. cxviii: *Anima mea in manibus meis semper*, sic ait: « Qui cumque proprium corpus subegerit, nec ab ira et aliis passionibus turbati animam suam rector sui congrua vi permiserit, is bene regia quadam potestate se cohibens, rex dicitur, quod regere se noverit, et arbiter sui juris sit, nec captivus trahatur in culpam. »

Majores enim fortitudinis opus esse dura pati, quam fortia agere, triplici ratione a priori docet D. Thomas, II II. Quæst. CXXII, art. 6, ad 4: « Ad primum, inquit, dicendum, quod sustinere est difficilius quam aggredi, triplici ratione: Primo quidem, quia sustinere videtur aliquis ab aliquo fortiori invadente; qui autem aggreditur, invadit per modum fortioris. Difficilius autem est pugnare cum fortiori quam cum debilito. Secundo, quia ille qui sustinet, jam sensit pericula: ille autem qui aggreditur, habet ea ut futura. Difficilius autem est non moveri a presentibus, usquam a futuris. Tertio, quia sustinere importat diuturnitatem temporis; sed aggredi potest aliquis ex subito motu. Difficilius autem est diu manere immobilem, quam subito motu moveri ad aliud eundem. Unde Philosophus dicit in II Ethic., quod quidam sunt prævolantes ante pericula, in ipsis autem discedunt; fortes autem e contrario se habent. » Et ibidem, cap. ix, ait, quod in sustinendo tristitia maxime quis dicitur fortis. Rursus D. Thomas, II II. Quæst. CXXIII, art. 9: « Fortitudo, ait, maxime est circa repentina, quia secundum Philo sophum, lib. III Ethic. viii, in repentinis periculis maxime manifestatur habitus fortitudinis. Ille ubi

enim agit per modum naturæ. Unde quod aliquis absque præmeditatione faciat ea quæ sunt virtutis, cum necessitas imminet propter repentina pericula, hoc maxime manifestat, quæ sit fortitudo habitualis in anima confirmata. »

Porro Abbas Cheremon apud Cassianum, Collat. XII, cap. vi, hunc locum, et hoc patientis per mansuetudinem non tantum iræ, sed et luxuria cæterisque vitis omnibus dominantis imperium, ita particulatim describit: « Per quod evidenter ostenditur, ita efficacissimam medicinam cordis esse patientiam, secundum illud Salomonis: Mansuetus vir cordis est medicus: ut non solum iræ, tristitie, acedie, enodoxie, superbie, verum etiam libidinis omniumque pariter exstingit fomitem vitiorum. In longanimitate enim (ut ait Salomon) prosperitas regis. Nam qui mitis semper atque tranquillius est, nec iracundie perturbatione succenditur, acedie atque tristitie angore consumitur, nec enodoxie vanitate distenditur, nec superbie timore sustollitur; pax enim multa diligentibus nomen Domini, et non est illis secundum dulum, Psal. cxviii. Et ideo non immerito pronuntiatur melior vir patiens forti, et qui continet iram, capiente urbem. »

Rursus Abbas Piamon, Collat. XVIII, cap. xii, docet amplum hoc patientie dominium per humilitatem, que omnibus se subtersternens, omnia placide tolerat, acquiri: « Non enim, ait, esset laudabilis, nec admiranda patientia, si nullis inimicorum jactis impetite tranquillitatis propositum retentaret; sed in eo est præclara atque gloriosa, quod irruentibus in se tentationum procellis immobilis perseverat. Nam in quo vexari frangique adversitatibus creditur, in eo potius roboratur, et in eo magis acuitur, in quo pulsatore obtundi. A passionibus enim et sustentatione patientiam dici nullus ignorat; ideoque constat patientem pronuntiarum neminem posse, nisi eum qui universa que sibi fuerint irrogata, absque indignatione toleraverit. Et ideo non immerito ita Salomone laudatur: Melior vir patiens forti, et qui continet iram, capiente urbem. »

Insuper sicut urbes, licet munite, facile expugnantur consilio et celeritate (quibus duobus proinde omnia sua tam feliciter conficit Julius Cæsar), si videlicet præoccupatur antequam se milite, consilio, commentu cæterisque rebus ad obsidionem sustinendam necessariis, instruaere possint: sic pariter ira maxime vincitur consilio et celeritate, si nimirum mox ut oritur, imo autem quam oriatur, mens præoccupetur prudenti consideratione rerum que iram avertere vel lenire et sopire possint. Ita Plutarchus in Moral. « Sicut, ait, qui urbem aliquam expugnare parat, priusquam cives hostis adventum presentiant, securos et inopinantes invadit, adeo ut capiendi arma copiam non faciat: ad eundem modum ira præoccupanda est, et prius superanda, quam arma ceperit. » Hinc S. Hilarius, cap. IV

S. Matth., ait, quod Christus per mansuetudinem habitat in mentibus nostris; Christus autem est Rex regum, qui omnes iræ motus prospicit et præoccupat, efficitque ut mens in mansuetudine persistens, omnibus passionum flatibus inconcussa resistat, jugique animi pace, serenitate, celsitudine et gaudio perfruatur. Et anonymus in *Catena Græcor.*, hanc Salomonis gnomen sic explicat: « Nihil æque forte est atque patientia. Patiens enim nihil grave, nihil molestum a quoquam pati potest; est enim secundum animam inpatiibilis. Sunt qui in bellis ira opus esse putant; verum si usquam alibi, his passionum compressione vel maxime opus est: quippe cum hæc res multo facilis conficiatur per prudentiam et sapientiam, quam manibus aut corporis viribus. Sine patientia autem nulla est prudentia. »

Quæque Tacianus patientem Herculi comparat et anteposit, sic enim ex Cicero, orat. pro *Cæcilio*, scribit, lib. I *Orator. institut.* cap. ix: « Nihil enim est (ut ait Orator) tanta vis, quæ non ferro se viribus debilitati frangique possit: at animum vincere, iracundiam cohibere, fortissimi est; que ille nec fecit unquam nec potuit. Hæc qui faciat, non modo ego enim cum summis viris comparo, sed simillimum Deo judico. Vellem, adjuisset de libidine, luxuria, cupiditate, insolentia, ut virtutem ejus impleret, quem similem Deo judicabat. Non enim fortior judicandus est, qui leonem quam qui violentam in seipso inclusam feram superat iracundiam; aut qui rapacissimas volucres dejicit, quam qui cupiditatis avidissimas coeret; aut qui Amazonem bellictricem, quam qui libidinem vincit pudoris ac famæ debellatricem; aut qui finem de stabulo, quam qui vilis de corde suo egerit: quæ magis sunt perniciosa, quæ domestica, et propria mala sunt, quam illa que et vitari poterant et caveri. Ex quo fit ut ille solus vir fortis debeat judicari, qui temperans est, et moderatus, et justus. »

Porro patientia vincit demones, utpote superbos et impatientes. Patientia enim est filia humilitatis; per hanc enim patiens humiliter se submittit personæ, calumniatori, infirmitati cæterisque adversis. Ita legitur apud Cassianum, *Collat.* XVIII, cap. xv, adolescentem, qui Abbatem Paphnutium de furto diffamaverat, sed falso, a demone possessum, nec ab eo liberari potuisse, esto varios Anachoretas, qui demones expellendi vi et gratia pollebant, ad id adhiberet; sed a solo Paphnutio, qui calumniam hanc patienter tulerat, liberatum fuisse. Nimirum Christus hanc gloriam patienti Paphnutio reservavit, ut adolescens energumens illius tantum, qui insiduat fuerat, orationibus purgaretur; et ejus laudi invidiosus atque decerpere se posse crederet, ejus nomen proclamans delicti sui veniam, et finem supplicii presentis acciperet. Sic Isaac ille patientia sua obsessum a demone liberavit, et omnem populum in sui venerationem excitavit, uti narrat

S. Gregorius, lib. III *Dialog.* cap. xiv. Sic humilis monachus ab energumeno alapa percussus, cum ex precepto Christi alteram ei maxillam præberet, ab eo demone eripuit, dicens et clamantem: « O violentia mandatorum Christi expellit me! Unde Patres eo audito dixerunt: Consecuto est diaboli superbia, humilitate mandatorum Dei ruere. » Ita refertur in *Doctrin. Patr.*, lib. De *Humilit.* num. 5. ibidem, nota. 4, simile exemplum refertur, ejus hæc est clausula: « Humilitas solvit omnem violentiam inimici, sicut ego audivi loquentes dicendo: Quando perturbamus monachos, convertitur anus ex eis, et agens penitentiam, destruit omnem virtutem nostram, » qua inter eos lites et jurgia saninare conatur. Sic puella falso diffamans S. Marinam de stupro sibi illato (Marina enim vestem virilem induerat, ut inter viros et monachos habitans videretur esse vir et monachus), a demone correpta et diu torta, non nisi Marina defuncta, cum ejus sexus et innocentia omnibus ad oculum pateret, ad ejus funus occurrens, ac calumniam veniam poscens, a demone liberata est. Ita habet Vita S. Marinæ.

33. SORTES MITTUNTUR IN SINUM, SED A DOMINO TEMPERANTUR. — « Sortes » hic vocantur calculi, quibus fit sortis, sive chartule, quibus sortes variæ inscribuntur, similesve sortium indices et note. Hæc enim olim jaciebantur in sinum (1) vel urnam, ac a militibus in galeam, ex qua deinde quisque sortito calculum vel chartulam, etc., educabat, et quod illa continebatur, educens edebat in sortem. Sic judices calculis dabant sententiarum sortes: cum enim rem condemnabant, in urnam mittebant calculum atrum; cum vero absolvebant, calculum candidum, Jam

Primo, Aben-Ezra et R. Levi hanc gnomen connectunt præcedenti: « Melior est patiens viro forti. » Aben-Ezra hoc modo, q. d. Quando sortes in sinum mittuntur, qua ratione casura sint, ad divinum spectat judicium, atque eadem ratio a Deo quis habet, ut animi impetus temperare possit. Breviter, q. d. Sicut Dei est moderari sortes, sic ejusdem est moderari iræ impetus; hi enim sine ratione, quasi sorte et casu nunc hinc, nunc illic erumpunt, nec viribus nature, sed gratie Dei domandi sunt. R. Levi vero censet hæc gnomen probari præcedentem, qua dixit: « Melior est patiens viro forti, » etc., q. d. Expugnatio unibum, quæ est opus viri fortis, sæpe sortis est et fortune. Alii enim in bellis sunt felices, et omnia expugnant; alii infelices, qui nihil expugnant, sed potius expugnantur. Quod autem hi sicut felices, illi infelices, sortes sunt cuique a Deo sorte: quod vero quis sit patiens, et humilis, animo suo, non est sortis, que incertæ est, varia et instabilis, sed virtutis que fit ex certa electione, ideoque constans est et stabilis. Ergo melior est

(1) Scil. pallii.

conditio patientis quam fortis; illius enim conditio pendet a virtute, hujus a sorte.

Secundo, Septuaginta Complutenses vertunt, in quibus veniunt omnia iustis; a Domino autem omnia iusta, q. d. iusto Dei iudicio fit ut omnia prope succedant iustis, et quasi in sinum sponte veniant, uti aequi in manus incurrant. Id enim iustitia sua merentur iusti; Domini autem, qui iudex est iustissimus, est iustus iusto prosperitatis premio remunerari. Prosperitas enim temporalis promissa fuit iustis in veteri Testamento, spiritualis vero in novo. Ita Auctor *Catenae Graecorum*. Verum Septuaginta Romani pro iustis habent injustis:

Injustis, inquam, omnia veniunt in sinus; a Domino autem omnia iusta. » Et Syrus, in sinum impii cadit sors, et a Deo egreditur iudicium eius; et Arabicus, ad oppressorum sinus veniunt omnes res, et a Deo omnes res iusta, q. d. Injustis saepe omnia ex animi sententia cadunt acciduntque prospere, iustis vero adverse; quocirca simplices et plebei subinde turbantur, et marmarant incensando Numinis providentiam, quod injustos fortunat, iustos adversis premat. Verum sciant hi a Numine iustissimo nihil nisi aequum et iustum procedere. Deus ergo injustos prosperat, ut paucis bona que fecerant, prosperitate temporali remunerando, in iusta eorum facta et scelera plecat deinde maledictione et supplicio gehennae aeternae. Iustos vero affligit, ut mala que perpetrarunt, temporali adversitate castigando, iusta deinde eorum facta et merita promittit benedictione et gloria in saeculis aeterna, juxta illud *Luc. vi*: « Mensuram bonam dabat in sinum vestrum. » Aliter quoque sic exponas, q. d. Injustis omnia eorum scelera redeunt in sinum, dum ob ea puniuntur a Deo; tunc enim scelera, id est scelorum poena, in caput noxium redeunt, uti poscit iustitia, cuius arbiter est Deus: a Domino enim omnia iusta. Verum quia illa variant vel contrariantur sibi invicem codices Graeci, verisimile est *in iustis* in versione Septuaginta irrepisse, ut notant Romani; neutrum enim est in Hebraeo, Chaldaeis et Latino; ac utroque dempto Septuaginta plane Hebraeo et Latino consentiunt.

Tertio ergo et genuine Noster vertit: « Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur; Hebraea, a Domino omne iudicium eius, q. d. Sortes videntur sortito et casu jacti, vel educi et cadere; attamen Deus occulta sua equitate eas disponit et temperat, ac cuique suam attribuit. Temperare enim a tempore deductum, primo, significat habere rationem temporis, moderari, tempore accommodare, rem suo ordine ac mensura administrare. Secundo, temperare significat regere. Sic Hiero, *IV Acaedem*, ait Lucullum summa equitate temperasse, id est rexisse, civitates Asiae. Et Horatius, lib. I *Carmin.*, ode 12, de Iove:

Variisque mundum
Temperat horis.

Sic Deus temperat, id est regit sortes. Tertio, temperat Deus sortes, cum facit ne sint nimis felices vel infelices; sed felices infelicibus miscet et temperat, sicut vinum aqua diluitur et temperatur. Docet haec gnome, nihil in humanis rebus gerere sine nutu et dispensatione divina, et ut sorta quidem quae caecae fortunae tribui solent ab hominibus, et sine ratione putantur cadere, aliter eveniant quam pro moderatione divina. Unde dicitur *Psalm. xxx*: « In manibus tuis sortes meae. » Apparet olim morem fuisse, ut sortes in sinum alicujus colligerentur, unde postea cuique sua educeretur, sicut apud nos colliguntur in ollam aut vas quodlibet. Vel certe sinus vocatur urna, aut vas cavum et sinuatum in quod sortes jaciebantur. Hoc enim significat Hebraea *pit chec*. Unde Chaldaeus vertit, in sinum consili dicitur sors; et a Deo egreditur iudicium eius. Sensus ergo est, q. d. Omnia, etiam sortita, a Deo reguntur; omnia enim subjacent Dei cure et providentiae. Quare ab ea quemque pendere convenit, ut si in sortitione pars nobis opima aut seors obvenit, id non casu vel fortunae cum vulgo, sed Deo acceptum feramus. Vulgus enim pleraque tribuit fortunae; unde eam veteres fecere deam, quae sortitos eventus felices vel infelices cuique tribueret. Quocirca quisque ut felices a fortuna obtineret, multis eam precibus, votis et victimis fatigabat, ut dixi *Isaie lxxv, 11*.

Refellit ergo hoc Salomon, docetque fortunam nihil esse, nec sortito quidquam accidere, sed omnia fieri provido Dei iudicio et consilio. Esto enim respectu causarum secundarum, quae contingentes sunt, liberae et incertae, nulla fiant casu et sortito; tamen respectu causae primae, puta divinae providentiae, nihil est sortitum, et quia omnia etiam sortita ab ea sunt praevisa et decreta, vel permessa, et in rectum finem ordinata. Unde S. Augustinus, *Quest. XCI in Genes*: « Fortuna, ait, intelligenda est pro his rebus quae sortituito videntur accidere, non quia ament aliquod sil, cum haec ipsa tamen, quae sortituito videntur, causis occultis divinitus dentur. » Idem, *Retract.*, taxat pessimam, ut ipse ait, hominum consuetudinem, qui pro eo ut dicant: « Hoc Deus voluit, » dicunt: « Hoc voluit fortuna. » Nam, ut idem ait in *Psalm. xxxi*: « Si casibus reguntur homines, nulla providentia aliquid geritur, » q. d. Fortunam et casum tollit providentia. Si ergo fortunam astruunt, tollis providentiam. Idem, lib. *V De Civit.* cap. ix: « Nos eas causas quae dicuntur sortituito, ut etiam fortuna nomen accipit, non esse dicimus nullas, sed latentis, easque tribuimus vel Dei veri, vel quorumlibet spirituum voluntati. » Deus ergo est moderator sortium, arbiter casuum, auriga fortunae, imo fortunans fortunam. Nam fortuna, Gentium dea saepe inventa est adversam habuisse fortunam, ut loquitur S. Augustinus, lib. *V De Civitate* in. Hoc est quoque I ait Boetius: « In regno providentiae nihil licet casui, nihil temeritati. »

Uterius significat hic Salomon sortes praereligis rebus naturalibus certis et definitis subjacere peculiari cura Dei, Deumque sortes peculiari providentia regere et disponere, intra terminos tamen providentiae ordinariae. Ratio est, quia causa prima debet supplere defectum secundarum. Cum ergo causae secundae nequeant certo dirigere eventus contingentes et sortitos, necesse est ut defectum hunc suppleat Deus, ac sortitos certo dirigat, ne quid temere fiat in mundo, fiatque magna rerum confusio et perturbatio. Sic reges et praefati peculiari cura advigilant in rebus lubricis, dubiis, periculosis, ne regimen vel disciplina laxetur; pari modo maxime advigilat Dei providentia in sortitulis, ac in iis maxime elucet et resplendet. Quis enim tot tantisque hominum rerumque omnium eventus dubios, et ancipites sortes tam fixa statoque ordine regit, nisi summe providentiae Numinis summi mens et pervigil oculus? Sortituli ergo successus et sortium casus peculiari Deo, eiusque providentiae adscribenda sunt. Id maxime videre est in contingentibus liberis. Deus enim actus liberis sanctisque iustorum sua gratia peculiari praeventit, et dirigat ad iustitiam, perfectionem, indeque ad praemia gloriae caelestis; actus vero liberis, sed pravos, impiorum peculiari cura dirigat, ne nimis exorbitent, et in multorum damna grassentur, sed limitibus a Deo definitis restringantur; dirigat deinde eos vel ad poenitentiam, vel ad iustam vindictam, sive in hac vita, sive in gehenna. Unde S. Augustinus, lib. *V De Civit.* cap. ix: « In ejus (Dei) voluntate summa potestas est, ait, qui creatorum spirituum voluntatis bonas adjuvat, malas iudicat, omnes ordinat. » De Deo peculiarem habet curam, teste Scriptura, pauperum, pupillorum, viduarum, orphanorum, puerorum, stultorum, caecorum, afflictorum, quia cum ipsi seae regere nequeant, et hominum ope consilioque saepe destituantur, necesse est ut Deus illorum curam sibi arroget, juxta illud: « Tibi derelictus est pauper, orphanus tu eris adjutor. »

Quare significat hic Salomon in rebus sortitulis recurrendum esse ad Deum, illiusque operam assidue implorandam, ut ipse eas regat et dirigat ad suam gloriam nostrumque bonum. Multe enim res sunt quae non nisi sorte transigi queunt, uti sunt divisiones haereditatum, praemiorum, officiorum, beneficiorum, cum aequae digni illa ambiunt. Sic S. Augustinus, *epist. 180*, ait sorte eligendum sacerdotem qui tempore pestis vel persecutionis in urbe maneat, et fidelibus res sacras et sacramenta conferat. Idem, lib. *VIII Confess.* cap. xi, Dei in actu sorte aperiens librum, cum in eo primo occurrisset illud Apostoli: « Non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitis, sed induite Dominum Jesum Christum, » hoc ipsum quasi regulam vite suae accepit. Denique, summe specialem et singularissimam habet Deus providentiam sortium, quae ab ipso imperantur vel consuluntur. Subinde enim

Deus voluntatem suam, patefacit per sortes, tuncque eas sigillatim dirigat, ut cadant in eum quem Deus vult et eligat. Sic sorte Mathiam elegit et designavit Apostolum, *Act. 1, 26*. Sic Josue vii, sorte a Deo praecipua deprehendit furibundum Achan. Idem terram Chanaan duodecim tribubus sorte distribuit. Sic Saul sorte dirigit electus fuit in regem, *I Reg. x, 20*. Idem sorte deprehendit violatum jejunium a Jonathan filio, *I Reg. xiv*.

Mystice Beda: « Sicut sortes, ait, palam in sinum mittuntur, at clausae in sinu continentur; divini autem est iudicii, cuius sors elata palman tenet: sic hominum facta, in praesenti quidem vita latent; sed cuius sint meriti patebunt in futuro, proloquo videlicet tunc et manifesto iudicio singulorum, quasi de sinu examinis divini. » Sic et Hugo ad Dionysium, *q. d. Sciam sortes quantum in sinu vel urna sunt, incerta sunt et ancipites quoad extrahuntur et electionem perferunt; ita etiam ejusdemque hominis sors et electio ad felicitatem aeternam in hac vita obscura est, ambigua et ancipis, donec mors sortes educat, et praedestinatorum electiones aperit. Plura de sortibus dixi *Josue 1, 7*, et *Actorum 1, 26*. Hoc est quod ait Psaltes, *Psalm. xxx, 46*: « In manibus tuis sortes meae, » q. d. Casus, eventus, status rerum mearum, ut divitiae et paupertas, servitus et principatus, pax et bellum, ait Theodotus, non a fortuna, sed a certa Dei providentia et gubernatione regitur. Sic Apostolus ait quod Deus vocavit et « dignos nos fecit in partem sortis sanctorum, » *Coloss. 1, 12*. Quia electio ad hunc gratiae ordinem, ad quem praevidebat Deus venturum S. Petrum, non venturum Judam, non est ex merito S. Petri, sed est sors, id est, Petro, est sortituito et gratuita; at Deo est propositum et destinatum consilium. « Non video, ait S. Augustinus, ullum meritum, quo de universa impietate generis humani me potissimum elegisti ad salutem: ad tunicam Domini sorte perveni. » Idem in *Psalm. xxx, 46*, *In manibus tuis sortes meae*: « Sors, ait, non est aliquid mali, sed res est in dubitatione humana divinum indicans voluntatem. » Et mox: « Quid igitur est: in manibus tuis sortes meae? Sortes dixit, quantum ego existimo, gratiam qua salvus sumus. Quare sortis nomine appellata gratia Dei? Quia in sorte non est electio, sed voluntas Dei. Nam ubi dicitur, iste facit, iste non facit, merita considerantur: et ubi merita considerantur, electio est, non sors. Quando autem Deus nulla merita nostra invenit, sorte voluntatis suae nos salvos facit, quia voluit, non quia digni fuimus. Hoc est quae. Merito tunicam illa Domini desuper texta, quae significat charitatis aeternitatem, cum dividi a persecutoribus non posset, sors super eum missa est; ad quos pervenit, eos significavit, qui videntur ad sortem pervenire sanctorum. Gratia salvi facti estis pro fidem, ait Apostolus, et hoc non ex vobis, *Ephes. 1*: vide sortem; et hoc non ex vobis, sed Dei donum est. »*